

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 798

**Auteur(s) :** Jean de la Mare, du Quesnay [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1295, 19 décembre

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente à l'abbaye, par Jean dit de la Mare, du Quesnay, d'une rente de vingt-deux sous tournois

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CCXLI, p. 274-275.

Texte établi d'après a

Sciant omnes, presentes et futuri, quod ego Johannes dictus de Mara, de Quesneto, vendidi, concessi et penitus deserui dominis meis, viris religiosis abbati et conventui de Ulteriori Portu, pro decem libris turonensium, de ego me teneo pro pagato, vinginti duos solidos turonensium anni redditus supra totum tenementum meum quod de ipsis tenebam in parrochia de Crioleo, ad campos et ad villam, videlicet supra masuram meam sitam apud Quesnetum, inter masuram Galteri desupra maram et masuram Guillelmi Gepin, et supra unam piechiam terre sitam in valle Alermi, inter terram Johannis le Cat et terram Johannis Trousse, et supra unam aliam piechiam terre sitam inter terram Laurentii de Angulo et terram Johannis Marc, et supra unam aliam piechiechiam terre, que vocatur campus de Fovea, sitam inter terram Johannis Marc et terram Johannis le Cornier de Flosques, et super omnia alia que de ipsis tenebam ad campos et ad villam ; reddendos predictos viginti duos solidos de me et heredibus meis dictis religiosis et eorum successoribus, annuatim, ad treis terminos, videlicet ad Pascha Domini sex solidos, ad festum sancti Petri ad Vincula sex solidos, et ad festum sancti Remigii decem solidos. Et sic ego, predictus Johannes, et heredes mei tenemur reddere dictis religiosis et eorum successoribus annuatim predictos viginti duos solidos anni redditus ad terminos prenotatos, cum antiquis serviciis et redditibus que et quos ego et antecessores mei ab antiquo reddidimus, et ego et heredes mei adhuc reddere tenemur. In cuius rei testimonium, predictis religiosis presentes litteras tradidi sigilli me munimine roboratas. Actum anno Domini M°. CC°. octogesimo quinto, die lune post festum sancte Lucie, virginis et martiris. Testibus hiis : Johanne de Augusta, clero, Petro Louvel, Laurentio Malherbe et plusieurs autres.